

Currus belli-
ci

Modò de armis Hebræorum agendum. Currus ferrei sive falcati armorum genus erat, quod maximè in præliis apud Antiquos timeretur. Duo sunt in Scriptura curruum bellicorum genera; alii vendendis tantum Principibus, Ducibusque, alii ferro armati, ut in stragem peditum adversus hostes urgerentur. Omnium vestitissimi memorantur currus à Pharaone adversus Israellem ex Ægypto digredientem ducti; qui omnes currus Erythræi vorticibus 600. numero absorpti sunt (g). An verdò armis instruerentur, sive tantum vectorii essent currus, Moyse silente non constat. Chananæi, quibuscum Josue manus ad aquas Merom conferuit, habebant in exercitu equos & currus immensa multitudinis (r). Nunquam Tribus Juda valuit in expugnatione Urbium agri Chananæi; qui pè quæ armatis sive ferratis curribus defenderentur [r]. Sifara Dux copiarum Jabin Regis Afor 900. currus in exercitu suo ducbat [t]. Sed omnium maximè terribilis erat, quantum ad currus attinet, exercitus Philistæorum, qui ad 30000. currus (nisi mendum sit in numero) & 6000. equos in Saulem armasse leguntur (u). Omne exercitûs Syriæ robur, cui sapius cum Davide res fuit, curribus erat potissimum. David captos 1000. currus Regis Adarezer (x), præcis equorum nervis inutilis reddidit, ac 900. igne absumpsit; ut ex omnibus 100. tantummodò sibi reservaret. Alio prælio ad 700. currus ex hostibus cepit (y). Cum Benadad Rex Syriæ insigni clade, in qua 100000. virorum desiderata, à Rege Israel affectus esset, suggerentes suos auscultavit: *Dii montium sunt Dii eorum, idèd superaverunt nos; sed melius est ut pugnemus contra eos in campis tribus. Tu ergo instaure numerum militum, qui ceciderunt, & equos secundam equos pristinos, & currus secundum currus, & præcis quid obtinebimus eos.* Vanum igitur Syrorum robur, currus nempe & equos, reddiderant Israelitæ, prælium in montanis conferentes. Sed altero illo prælio in agro commisso, id effecit Deus, ut illustri documento demonstraretur, victoriæ unicum momentum non currus & equos, non locum & tempus, sed Deum esse. His machinis usos Hebræorum Reges nullibi apparet; quamquam enim plures intruxerat Salomon, nunquam tamen ille bella amavit, nihilque de militaribus ejus gestus in Scriptura proditur.

Bellatorum
curruum origo.
2. Biblior. l. 2.
a Cyropad. l. 6.

Curruum bellatorum origo incerta. Diodorus Siculus [z] ex testimonio Ctesie tradit, Semiramidem in Bactrianos armasse ad 600. currus falcatos. Xenophon (a) insinuare videtur, Medos, Syros, & Arabes in prælium duxisse currus duobus equorum paribus tractos, quibus unus tantum miles insidebat; quem morem Cyrus reformaturus, rotas eorundem curruum falcibus instruxit. Heroes omnes expeditionis Trojane apud Homerum curru vecti prodeunt, quos tamen currus armis instructos nunquam legitur. Currus simplici, vel bino equorum pari tradi peculiari erant Heroum. Equos ducebat singu-

laris Auriga, inferendo, & propulsando bello idoneus. Darius Rex Persarum his machinis in Alexandrum pugnavit (b); his etiam Mithridates instructus erat; his Antiochus Magnus in Romanos (c); his Galli in Julium Cæsarem (d); his, quamquam an falcibus armatis incertum, veteres Britanni in hostes [e]. Alexander Severus signis collatis cum Artaxerxe Rege Persarum, 700. Elephantis, & 1800. falcatis curribus valido, decertavit (f). His omnibus documentis origo & progressus hujus machinæ satis demonstratur, cujus tamen usus deinde, quod scilicet minus expeditus esset, & incommodis longè pluribus obnoxius, non semel malo, quod in hostes parabatur, in eos qui parabant, verso, obsolevit.

Forma curruum varia varias etiam eorum descriptiones apud Authores effecit. Diodorus Siculus lib. 17. ita depingit. Jugum equi utriusque binis cuspidibus tribus cubitis porrectis armatum erat, quæ scilicet cuspides anteriorum extente in ora horum urgebantur. Veribus pari numero, formâ, & ad latus itidem versis, quamquam longioribus, & in falcem ad extremitates desinentibus, axis horrebat. Plus aliquid Q. Curtius lib. 4. addit. Porrecte ab extremitate temonis eminebant hastæ simul & cuspides; utramque jugi extremitatem efferebant gladii utrinque extantes, inter rotarum radios spicula quædam eminebant, sicut & in rotarum circulo falcem inferatè obviis quibuscumque secandis aptæ. Validis instructos rotis currus illos Xenophon (g) testatur; ut scilicet impetum, quo in hostes urgebantur, sustinerent. Axem habebant longiorem, ut minus facile everterentur; auriga catafractus & omni armorum genere instructus, lignæ cuidam turri sed firmæ & ad medium pedus surgenti, assidebat. Cum verdò militares currus quatuor insidere rotis amplioribus & firmioribus, quam vulgares solerent; milites plurimos jacula & sagittas ex eminenti intorquentes patiebantur. Alterius generis currus erant, nemini quidem ferendo destinati, sed geminis equis catafractis totidem equites insidebant item catafracti, ad certamen expediti (h). Interdum pro geminis unus erat & equus & eques. Huius postremi generis currus geminis tantum rotis iugoque instructi erant, gladiis & falcibus utrinque prominentibus asperis. Porrectæ ex axe falcem eâ paratè erant arte, ut in gyrum torquerentur, quidquid inter gyrardum assequerentur secantes; interdum flagra eo artificio disposita erant, ut dum rotis hærerent, simul in ictus equorum moverentur.

Ex his omnibus satis intelligendum datur, quantam latè eadem in hostes ederent machinæ illæ, antequam satis valida tuitio adversus vim & impetum illarum opponeretur. Eleganter suo more remprosequitur Lucretius, argumentum ex eo capiens de animarum dividuâ substantiâ (i):

Falciferos memorant currus abscondere
membra

b Curt. l. 4.
Diod. l. 17.
c Peget. l. 3. c.
24.
d Frontin.
Strateg. l. 2.
e Tacit. Vit.
Agric. Quæ.
dam nationes,
& curru præ.
liantur. Ho.
nestior auriga;
clientes propu.
gnant.
f Lamprid. in
Alexand.
Bellorum de.
curruum de.
scriptio.

g Cyropad. l.
6. & lib. 1.
Anabasis.

h Vide Libel.
lum de Rep.
bellic. post No.
tit. Imper.

i De Rer. Nat.
l. 3.

Septè

Sapè ita desubito permixta cade calentes,
Ut tremere in terra videatur ab artibus
id, quod

Decidit abscissum: cum mens tamen atque
hominum vis

Mobilitate mali non quit sentire dolorem:
Et caput abscissum, calido viventeque trunco,
Servat humi vultum vitalem, oculosque
patentes,
Donec reliquias animai reddidit omnes.

Adi nostrum Comment. in primum Regum
cap. 13. V. 5.

Uisdem armis in prælium armabantur Hebræi ac finitimæ nationes ceteræ; nihil enim ignotum, non gladii, non jacula, non lanceæ, non hastæ, arcus, sagittæ, fundæ. Usu receptæ apud illos galææ, loriceæ, scutum, ocreæ. Virum armatum neminem exactius, quam Goliath Scriptura describit; cum enim pondere & magnitudine armorum cæteros omnes immantissimum illud monstrum vinceret, debuit pariter exactius singula illa persequi Divinus Historicus. Illud autem generatum animadvertendum, ærea fuisse arma; cujus rei testimonia nonnulla in medium asferenda sunt, ut illorum error planè vincatur, autamantium in descriptione armorum æream appellari, quod ex cuiusvis generis metallo, sive ferro, sive calybe constat. Fatemur quidem, æris nomen interdum pro ferro usurpari (k); sed illud tum primùm commissum est, cum ferri & calybis tita & cæterorum metallorum usus ita vulgatus est, quemadmodum olim æs ferebatur.

k Voss. Lexic.
Etymolog. v.
Æs. Æs pro
ferro cepit ac.
cipi postquam
ferrea arma in
usu esse cepere.
At pro ære
sumebatur
cum ærea so.
lum obtineret.

Arma ære
constata.
l. Hesiod. Opera
& dies.

m Vide D.
Bernard. de
Montfaucon.
Diar. Italic.
cap. 5.
n Flamin.
Vacca apud
eundem cap.
12.

o Lucret. lib. 5.

Posteriori ferri vis est, arisque reperta

Et prior aris erat, quàm ferri cognitus usus.
Indè minutatim processit ferreus ensis,
Versaque in opprobrium species est falcis
abena.

Item de fortilegis canit Poeta (p).
Falcibus & mæssa ad lunam quaruntur abenis
Pubentes herba &c.

Notat Servius, in moribus olim positum fuisse, ut in rebus Religionis ere potius quam aliâ quacumque re uterentur, servatumque ex veteri consuetudine Romæ, ut coma Sacerdotis Jovis æreo forcice præcideretur. Id ab illo observatum, occasione carminis Virgiliani de Templo à Done Carthagine excitato (q).

Erea cui gradibus surgebant limina, nexa
Ere trabes, foribus cardo bridebat abenis.

Quidquid nostrâ ætate superest de Sacrificiorum veterum instrumentis, ænea sunt omnia. Animadvertione etiam dignum est, Moysem, sicut & Salomonem, non nisi aurum, argentum, & æs, illud pro vasibus Tabernaculi, hoc Templi adhibuisse.

Colonica instrumenta ex ære constata Homerus commemorat (r). Legitur apud illum descriptus currus ferreo axe, æneo rotarum circulo, æneisque ornamentis omnibus instructus; leguntur dein milites alii ænea arma, alii ferrea gestantes. Apud Messagetæ non secures tantum, sed & hastæ, pharetræ, ascie ex eodem erant metallo (s). Sæpius de armis ejusdem metalli sermo recurrit apud Xenophontem, ubi de loriceis galeisque æreis Persis familiaribus (t). Ocreæ & enses ænei sunt apud Alceum. Sparferat in vulgus Philippus Rex Macedoniæ, velle se Religionis gratiâ in ipsa Danubii ripa Herculis statuam consecrare (x). Renunciari illi iusserunt Scythæ sese eam dedicaturos; si verdò ipsis invitis constituisset, scire Regem ex eo metallo totidem se sagittarum cuspides constaturos. Virgilius tandem nihil frequentius quam ærea arma commemorat [y].

Ærataque micant pelta, micat æreis ensis.

Et Æneid. 8.

... Fluit as vivis aurique metallum,
Vulnificusque calybs vastâ fornace liquefit.

Nec infrequentius sive obscurius eâ de re Scriptura. Scitæ sunt apud illam fores, & vestes ænei (z), scuta itidem, galææ, & arcus (a); quin & vincula ac catenæ [b]; rotæ insuper & axes (c); ocreæ tandem ex eodem metallo (d). Porro si eo nomine semper ferrum sive calybem designare voluisset, ut quid eandem semper vocem usurpavit, ne semel quidem proprio ferri nomine expresso? Tolerabilis id quidem concederetur, si æris nomen in scriptis tantum poeticis recurreret, in quibus scilicet major loquendi licen-

p Virgil.
Æneid. 4.

q Virgil.
Æneid. 1.

r Homer.
Iliad. E.

s Herodot. l. 1.
c. 25.

t Xenophon
lib. 7. Cyropad.
Vide eundem
Anabasis. lib. 4.
u Apud Athen.
x Justin. lib. 9.

y Æneid. 7.

z 3. Reg. 4. 13.
a Job 20. 24.
Psalm. 17. 35.
c 3. Reg. 14.
27.
b Daniel. 4. 2.
c 3. Reg. 7. 30.
d Deut. 28. 25.

centia & figuratae dictiones crebriores; id enim prophanis quidem Vatribus concederetur, minusque acriter reprehenderetur in sacris. Quod verò in Libris historicis Scripturae, in quibus nulla loquendi licentia, sed simplex quaedam & inornata narratio quaeritur, vix tolerari potuisset, si nimirum alieno semper nomine & nunquam proprio ferrum designaretur.

Ensis.

e Psal. 44. 4. f Cant. 3. 8. g Exod. 3. 27. * Judic. 3. 16. Accinctus est eo super sagum in dextere femore. h Genes. 27. 3. Vulg. Summe arma tua, pharetram & arcum. i Rogerus Terr. Sanct. l. 2. c. 2. pag. 239. & alii. k Vide Lips. de milit. Rom. 3. Dialog. 3. & Analect. cap. 3. l Homer. Iliad. D. Cingulum, vel baltheus.

m 2. Reg. 20. 4. & 2. Esdr. 4. 18. Ezech. 33. 15. Isai 5. 2.

n 1. Reg. 18. 4.

o 2. Reg. 18. 2.

p Job. 12. 18. Lancea, hastula, spicula.

q 1. Reg. 17. 7.

r 2. Reg. 21. 16.

s 1. Reg. 18. 10. & 19. 9.

t 2. Reg. 18. 14.

tiquis jaculi genus, quod longiori corrigie alligatum, corrigiam illam interim tenente jaculatore, vibrabatur [u]. An jaculum illud designetur illis Davidis verbis (x)? *Gladius Saul non est reversus inanis.* Et Psal. 7. 13. *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit.* Gladii enim nomen aequè de omnibus armis apud Hebraeos usurpabatur.

Aliud militaris jaculi genus erat, de quo apud Statium (a):

Spiculaque & multâ crinitum missile flammâ Et apud Virgilium Aeneid.

Jamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.

Hic flammeis jaculis, quibus alligata pix & alia ignis fomenta, in Urbium obsidione maximè Veteres utebantur (b). Recentissimè etiam idem belli tormentum in obsidionibus valuit. Nec Hebraeos eadem latuisse insinuare videtur Scriptura (c): *Paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit;* & Psal. 119. 4. *Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoris.* Familiare est apud Prophetas, ut fulgura *sagittas Domini (d)* appellent, veluti si ad flammeas illas sagittas spectarint. Lampades illæ seu funalia, quæ Gedeon in Madianitas excogitavit (e), & quorum ignem lagenis clausum abscondit, donec inito prelio statim proditus adversarios subito rei novè pavore perfringeret, ad ignita hæc jacula non incongruè referrentur.

Arcus, sagittarum, & pharetræ nomina sæpius in Libris Sacris leguntur, cum nihil vulgari in armis Judæi haberent. Porro hujus generis arma aded nota sunt omnibus, ut nihil peculiare de Israelitis occurrat. Arcus & pharetræ plerumque arcu constabant (f). Arcum hebetem & inertem appellabant arcum mendacii (g). Cum una arcus extremitas ad eundem intendendum comprimeretur, contere pedibus arcum dicebatur. Explodendis ex arcu ad certam metam sagittis loca extra Urbem seligebantur (h); huic enim tunc, & nostrâ etiam ætate in Oriente exercitio maximè vacant. Scopus ille luteus est murus, madescens semper de industria, quò facilius & excipere sagittas valeat & detinere. Agilem in jaculando Jonathæ amici sui peritiam David commendans ait: *Sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum (i).* Nec Jonathas tantum, sed & omnes passim Hebræi plurimum in jaculando (quod potissimum erat apud illos armorum genus) valebant.

Funda in pretio erat & usû apud Hebraeos, quemadmodum, & fortè etiam, amplius quàm apud cæteras Orbis nationes. Sunt enim in eorum historia funditorum præclara aded specimina, ut eorum, qui apud prophanos leguntur, gloriam superent. Quid in ea re David valeret, etiam antequam tractare arma nosset, dejectus ab illo uno fundæ istu Goliath abundè

u Vide Homer. Iliad. B. Xenophon. lib. 3. & 4. de Exped. Cyri, & Servius in Aeneid. 7. in Alcides. x 2. Reg. 1. 22. a Stat. l. 5. Vide Lips. Poliorcet. l. 4. Dial. 4.

b Du Cange Notes sur l'histoire de S. Louis par Soihville. c Psal. 7. 14.

d Vide Habac. 3. 2. Psal. 17. 15.

e Judic. 7. 7. 20.

Arcus, sagittæ, pharetra.

f Psal. 17. Job. 20. 24. g Jerem. 9. 3.

h 1. Reg. 20. 20. & Jerem. Thren. 3. 12.

i 2. Reg. 1. 22.

dè demonstrat. Peritiam in ea re Beniamitarum iis phrasibus celebrat Scriptura, ut hiperbolem suspicemur, sed eam hiperbolem, quæ veritatis habet plurimum. Certum enim aded istum ad scopum direxisse illos perhibet, ut vel crinem exploso de funda lapide peterent (k). Addit etiam de illis utraq; dextrâ valuisse. Narrat etiam Scriptura 1. Par. 12. 2. Davidem in Siceleg versantem duos expertissimos funditores convenisse, qui lapidem de fundâ utraq; manu exploderent. Fundæ usus maximè in præliis eminus committis valebat, nec inutilis in obsidionibus, arcendis à muro militibus (l). Earum copia in armamentariis, non secus ac cæterorum armorum, à Regibus parabatur [m].

An familiares esset Hebræis alterum, apud veteres consuetum, armorum genus, incertum. Narrat Herodotus lib. 7. cap. 85. populos illos, quos *Sagaces* appellat, neque ferrum, neque æs in armis nosse, quorum defectum supplerent laqueis quibusdam è funium flexu, qui in hastæ modum vibrati colla hominum, si è equorum excurrenti nodo stringebant; & ita demum miseri illi veluti vincti ad adversarios traherantur. Alii implicandis deiciendisq; hostibus retia vibrabant. Solemne id maximè apud Persas, Græcos, & Alanos. Pittacus unus è septem Græciæ sapientibus, his laqueis implicatum hostem stravit (n). Ex quibusdam Scripturæ phrasibus paria apud Hebræos præstita insinuat. Ezechiel. 12. 13. (o) de Sedecia: *Extendam rete meum super eum.* Paria frequentar apud illum legas de laqueis ad capiendos incautos subdole paratis, sicut & de funibus, retibus, cæcisq; in terra foveis in perniciem prætereuntium. Quibus omnibus satis insinuat, iisdem artibus, quibus bellæ, homines olim in bello captos; utriq; enim venatorio quodam more petebantur. *Funes peccatorum circumplexi sunt me (p);* & Psal. 10. 7. *Pluet super peccatores laqueos;* & Psal. 17. 6. *Præoccupaverunt me laquei mortis, nempe adversariorum vitæ meę insidiantium laquei.* Tandem Psal. 7. 14. *Incidit in foveam, quam fecit;* & Psal. 56. 7. *Foderunt ante faciem meam foveam, & incidunt in eam.* Isaias etiam cap. 24. 16. 17. *Formido & fovea & laqueus super te, qui habitator es terra. Et erit, qui fuerit à voce formidinis, cadet in foveam; & qui se explicaverit de fovea, tenetur laqueo.* Jeremias 5. 27. *Judæis vitio vertit fuisse inter eos viros aded impios, qui occultos laqueos hominibus intenderint, eo planè modo, quo retia avibus capiendis explicantur.* Sexcenta hujus generis occurrunt; nec desunt viri Eruditi, qui dictum illud de Nemrod ad literam accipiunt (q): *Erat robustus venator coram Domino; i. e. tyrannus, & hominum venator.* Thefesus, referente Plutarcho, venatorem quandam suum occidit, qui arborum ramos in viam Regiam descedens, occultos laqueos capiendis hominibus abdebat.

Funes trahendo proferendoque hosti.

k Judic. 20. 16. Vide nostrum Comment. ibid.

l 14. Reg. 3. 25. m 2. Par. 26. 17.

n Laert. lib. 1. Vide notas in eum locum. o Vide etiam Ezech. 17. 20. & 19. 8. & 31. 3.

p Psal. 118. 61.

q Gen. 10. 9.

Clypeus.

cui designando Hebræis quatuor varia nomina suppetunt, singula enim clypeum significare constat; quamvis inter varia seuta aliquid haberetur sive in forma sive in materia discriminis. Scutum, quod Goliath in humerum levatum portabat (r), & alterum [s], quod Josue in prælio ad Hai in altum porrigens signum latentibus in insidiis exhibuit, eadem in Scriptura voce expressâ *Chidon* appellantur. An eo nomine clypeus designetur, in utramque partem ambigitur. Vide Josu. 3. 18. Job. 41. 20. Clypei aureis laminis obducti, quos in Templo Salomon consecravit (*) *Zinna* didi sunt; alii verò auro item obducti, eadem, qua vulgares clypei, voce *Magen* appellati. Scutum *Zinna* totum protexisse hominem, obscurè significasse Prophetæ videtur: *Ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos (t).* Ita pariter apud Homerum ampli illi clypei turri ab eodem comparati leguntur, quos ille apto hoc epitheto donat, *clypeos totum undique hominem protegentes.* Et Virgilius Aeneid. 2.

..... clypeique sub orbe teguntur.

Amos [u] Dei verbis ita Israelitas effatur: *Levabunt vos in cinctis,* (Hebr. in clypeis) *& reliquias vestras in ollis fermentibus.* Morem hunc efferendi levata in clypeis cadavera innotuit Virgilius, ita de funere Pallantis canens Aeneid. 10.

..... At socii multo gemitu lacrymisque Impostum scuto referunt Pallanta frequentes.

Datum secundæ centuriæ militibus apud Romanos narrat Livius lib. 1. clypeum aded amplum patentemque; ut cum lorica carerent, *scutum & clypei, & lorica loco esset, & totum corpus protegeret.*

Apud Psalmistam scutum *Zinna* ab altero, quod *Sabarab* appellat, distinguitur, facile quoddam diversæ esset figuræ (*). *Sabarab* lunam sonat, & lunatæ Amazonum peltæ notæ sunt apud Virgilium Aeneid. 1.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Constabant verò clypei sive ligno sive calybe vel corio, adjectâ metalli laminâ, quo totum tegeatur vel saltem metallo, quo extremus ejus limbus muniretur. Isaias 21. 5. sermonem habens ad populum de Babylone reducendum, *Surgite, ait, Principes, & arripite* (Hebr. impinguate) *clypeum.* Porro impinguare clypeum nonnisi de coriaco diceretur. Psalms 45. 10. *Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.* Aureis laminis obducta ejus generis arma construenda Salomon curavit (x), æneis Roboamus [y] ejus filius. Nahum (z) de clypeis strenuissimorum in exercitu Chaldeo Virorum habet: *Clypeus fortium ejus ignitus.* (Hebr. *rubricatus*, sive colore sanguineo, sive tandem igneo fulgore micans) Huc etiam pertinet illud Virgili Aeneid. 10.

..... Vastos umbro vomit aureus ignes. 13.

r 1. Reg. 18. 6. Chidon. s Josue 8. 18.

* 3. Reg. 10. 16. 17. Zinna.

t Psal. 118.

u Amos 4. 2.

* Psal. 90. 4.

x 3. Reg. 10. 16.

y 3. Reg. 14. 17.

z Nahum 2. 3.